

**Programma invitatorium de rhythmis Basilio Valentini decimum septimum
dissertationi inaugurali [J.J. Mullero] de melancholia attonita raro
litteratorium affectu ... praemissum / [Hermann Friedrich Teichmeyer].**

Contributors

Teichmeyer, Hermann Friedrich, 1685-1744
Universität Jena

Publication/Creation

Jenae : Litteris Ritterianis, [1741]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/un6k4m29>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

Teichmeyer
Basilus
Valentinus

N

VII

$\frac{8}{18}$

K

N. VII j

50865/B

96158 c



5 1/2 -

MEDICAE FACULTATIS DECANI
**HERMANNI FRIDERICI
TEICHMEYERI**

HEREDITARII IN CAMSDORF ET WENIGEN-IENA
PHIL. ET MED. DOCT. ANAT. CHIRVRG. ET BOTAN. P. P. ORD.
SERENISS. SAXON. DVC. VINAR. ET ISENAC. CONSIL. AVL.
ARCHIATRI ET PHYSICI ACAD. IMPER. LEOPOLD. CAROL.
ET SOC. SCIENT. REG. BORVSS. SODAL.

PROGRAMMA INVITATORIUM
DE
**RHYTHMIS
BASILII VALENTINI
DECIMUM SEPTIMUM**

DISSERTATIONI INAUGVRALI
DE
**MELANCHOLIA
ATTONITA RARO LITTE-
RATORVM AFFECTV**

DIE VII. OCTOBR. M DCC XXXI. HABENDAE
PRAEMISSVM.

IENAE DIE DOMINICA XVIII. POST TRINIT.

LITTERIS RITTERIANIS.

HERMANN FRIDERIC
TEICHMEYER

HEREDITARIUM IN CAMBODIUM ET WANG-KHONG
PHILIPPTHEI DOCT. ANAT. CHIRUR. ET BOTAN. P. R. ORD.
SARAVATIENSIS FACULT. MEDICINAE PROF. P. R. ORD.
ACADEMIAE SCIENTIARUM SINGAPORENSIS
MEMBER

PROGRAMMA INVAUTORUM

DE
RHYTHMIS
BASILII VALLENTINI
DECIMUM SEPTIMUM

DISSERTATIONI INVAUTORUM


DE
MELANCHOLIA
ATTENTIA RARO LITTE-
RATORUM AFFECTU

DIE VII OCTOB. MDCXXXI. HARRINGAE
PRAESIDIUM

IN LIBRARIIS DOMINICIS ET P. R. ORD.

PHILIPPTHEI





PHILALETHA, uti in programmate decimo sexto indicavimus, proponit recte modum parandi regulum antimonii martialem, Chemicis alias satis notum. Sub dracone enim igneo *
(2 intel

* Chemicorum mos est obscure loqui et per parabolas; hinc PHILALETHA non tantum cap. VII. martem vocat draconem, et quidem igneum, sed et cap. II. eum dicit draconem babiloniensem, item leonem viridem. Sic verba sonant: *Disce, quae sint dianae columbae, quae leonem mulcendo vincunt, leonem, inquam, viridem, qui revera est draco babiloniensis, veneno suo cuncta interimens.* In eodem cap. II et cap. VIII. martem vocat serpentem, qui Cadmi socios, item, qui Cadmum ipsum, caeteris robustiorem voravit. SENDI-VOGIVS in novo suo lumine huncce draconem atque serpentem expressis verbis metallum vocat, inquiens *tractatu nono p. 32. Propterea unum datur metallum, quod habet potentiam alia consumendi, et est fere ut aqua eorum, et fere mater, unica tantum res humidum radicale, solis videlicet et lunae, resistit ei, et melioratur per illud, sed ut detegam, chalybs vocatur.* Quod Cadmus sit ferrum vel chalybs, de eo non dubitandum, Quippe Cadmus primus fuit metallarius, qui primus ferrum

intelligit martem, qui in hoc labore ad partes quatuor
reci-

ex mineris vel venis metallicis extraxit, et, si augurari licet, fuit Tubalcain, quem scriptura sacra metalli fossorem vocat: *den Meister in allerhand Ertzten und Eisen.* Du. de LOEHNEYS *im gründlichen und ausführlichem Bericht von Bergwercken pag. 68.* cum quaestionem movet, quis inventor sit artis fusoriae, eandem Cadmo tribuit. Et hinc sequi videtur, nil nisi ipsum ferrum sub Cadmo indicari; id quod exinde confirmatur, quia in metallorum fusionibus sulphura arsenicalia copiose in igne separantur, sanitati operariorum maxime damnosa.

Mars vocatur draco igneus. Ignis est sulphur, hoc draconis sulphur est volatile metallicum, ad fixitatem tamen iterum inclinans. Ipse PHILALETHA cap. 3. hocce sulphur ignem vocat infernalem, inquit: *Chalybs noster est operis nostri vera clavis, sine quo ignis lampadis nulla arte potest accendi, est auri minera, spiritus prae cunctis valde purus. Est ignis infernalis secretus, in suo genere summe volatilis, mundi miraculum, virtutum superiorum et inferiorum systema.* RAYMUNDVS LULLVS in *suo codicillo cap. 55.* de hoc igne verba faciens triplicem indicavit eundem, naturalem nempe, innaturalem et contraturalem, hoc est, triplex sulphur. Simile quid fecit autor arcani hermetici *canone 93.*

Hic draco igneus in ventre suo chalybem occultat magicum. Haec locutio est HERMETIS, qui in *tabula smaragdina* inquit: *Pater eius est sol, mater eius est luna: portavit illud ventus in ventre suo.* Indicavit autor sulphur martis in interioribus martis delitescens, quod omnia consumit, et hoc sulphur latitat in terra martis. Hinc SENDIVOGIVS in *dialogo de sulphure* affirmat, quod in durissimis carceribus detineatur; et PHILALETHA in *enunciatione methodica trium Geberi medicinarum p. 54.* inquit, quod sit fumus, quia hic fumus sive nebula et ventus sine dubio est chalybs SENDIVOGII et veterum philosophorum. Delitescit vero hic fumus in scoriis partim, quae scoriae a SENDIVOGIO radii solis vocantur, a GEBERO et PHILALETHA utilissimum superfluum, et a PARACELSO
et SVCH-

recipiendus est; sub magnete vero, ** cuius partes novem adhibentur, antimonium venit intelligendum. Haec enim si intime miscentur in igne, quod fit fusione, in qua omnia fluere debent ad instar aquae mineralis, spuma sive scoriae supernatant & regulus fundum petit.

X 3

Plura

et SVCHTENIO cinis. Notatu caeterum digna sunt et verba PHILALETHAE, quae habet in *tractatu de metallorum metamorphosi* cap. VII. p. 45. Sic vero sonant: *Sperma metallorum sub densissimis convallibus clauditur nullisque cedit viribus, sed solummodo arte sagaci manifestatur.* Consentit et AVTOR ARCANI HERMETICI p. 10. canone XVIII. quando inquit: *Corpora perfecta semine perfectiori praedita sunt: sub DVRO itaque perfectorum metallorum CORTICE latet perfectum semen, quod qui novit resolutione philosophica eruere, regiam viam ingressus est.*

** Magnes est antimonium, quod magnetice attrahendo in se recipit ferri sulphur, vel quintam essentiam, sive animam igneam, eamque arctissime custodit.

Dudum disputatum fuit inter Chemicos, an in praeparatione reguli a marte quid misceatur cum antimonio. Multi dantur, qui hoc negantes defendunt, regulum nihil aliud esse, quam antimonium depuratum, quod nihil de marte in se contineat, idque probare cupiunt, quia regulus depuratissimus, cum nitro et tartaro mixtus, totus, igne mediante, in niveum calcem sive in antimonium diaphoreticum aut cerusam antimonii permutetur. Sed haec ratio non est sufficiens, regulus enim simplex enormes in minima dosi possidet vires emeticas, id quod vina emetica probant, regulus vero antimonii martialis a marte alteratus amplius non ita emeticus est, quia mars arsenicum antimonii quoad maximam partem mutavit et edulcoravit, id quod a solo tartaro et nitro, cum antimonio mixtis nunquam fieri potest.

Plura iam addere spatium, curriculo vitae clarissimi artis salutaris Candidati destinatum, prohibet. Lucem vero primam

IOHANNES IACOBVS MULLERVS

adspexit mense Sept. Anno M DCC XX. Arlesriedae in territorio L. C. I. Memmingensis, natus parentibus honestissimis, patre nempe Plurimum Reverendo, PANCRATIO MULLERO, pastore Laubensi meritissimo, matre vero, virtutibus omnibus conspicua, MAGDALENA, nata *Lieben*. Hi ut commodo filii consulere futuro, eundem in lyceum, quod Memmingae floret, miserunt, in quo *Elmerum*, agnatum, *Kleiberum* et *Geigerum*, viros clarissimos et doctissimos praeceptores habuit fidelissimos. Postquam in hoc ad tertiam pervenisset classem, syntaxeosque principia imbibisset, ratum habuerunt parentes, nobilissimum candidatum informationi laudati *Geigeri* committere, qui eundem omnibus istis artibus, quibus ad altiora studia adolescentum animi praeparari solent, imbuere studuit. Et ne academiam studii, cui dicitur, medici, plane ignarus adiret, institutionibus privatis eum commiserunt VIRI experientissimi EHRHARTI, phyci Memmingensis meritissimi. Ex ore huius VIRI anatomiam theoreticam et practicam, botanicam, materiam medicam, physicam, chemiam, physiologiam, pathologiam et semioticam audivit, aliaque beneficia ab eodem in se collata esse testatur. Vtrumque grata mente palam agnoscit. Hisce vero iam

iam instructus doctrinis parentum iussu nostram Musarum sedem Anno M DCC XXXVIII. adiit et d. 2. Octobr. a b. IOAN. IAC. SYRBIO, t. t. Prorectore, in academicorum civium numerum receptus est. Hic loci logicas recitationes b. M. CORVINI et clarissimi adjuncti MVLLERI, Vinariensis, audivit et in matheſi pura et adplicata praeceptorem habuit Summe Rev. WIDEBVRGIVM. Medicas quod attinet scholas, illustr. HILSCHERVUM, prorectorem magnificum, physiologiam docentem, et collegium pathologico-semioticum aperientem audivit ac exercitio disputatorio interfuit privatim, publicasque eiusdem lectiones, de methodo praescribendi formulas et physiologia habitas frequentavit. Venerabilem facultatis medicae seniore, illustrem WEDELIVM veneratur praeceptorem privatum in methodo praescribendi formulas, publicum vero, tabulas pathologico-therapeuticas et methodum medendi explicantem. Illustr. HAMBERGERI lectionibus, in physicam, physiologiam, anatomiam, pathologiam, semioticam, chemiam methodumque medendi institutis interfuit. Excell. quoque KALTSCHMIDIVM, chirurgiam et materiam medicam illustrantem, auscultavit, eiusdemque operationibus interfuit chirurgicis. Nec meas tandem recitationes, in physicam experimentalem, materiam medicam, botanicam susceptas, neglexit, sed sedulo frequentavit, duabusque sectionibus cadaverum vtriusque sexus interfuit publicis. Tandem collegium practicum et casuale, D. D. TANNEBERGERO duce, finem imposuit studio medico.

Rite sic studiorum cursu absoluto adiit facultatem nostram medicam, atque ab eadem, uti par est, petiit, ut honoribus medicinae summis condecoraretur. Albo candidatorum insertus et ad consueta examina admissus, cuilibet nostrum satisfecit. Nil itaque restat, quam ut dissertatio inauguralis de *melancholia attonita raro litteratorum affectu* sub meo praesidio ventiletur.

Ad hunc actum vero solemnem Prorectorem magnificum, illustrissimos S. R. I comites, academiae proceres omnium ordinum excellentissimos, hospites honoratissimos et generosissimam nobilissimamque studiorum coronam perofficiose et benevole collegii medici nomine invito. P. P. Ienae die dominica
XVIII. post Trinit. M DCC XXXI.



